Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

4.

Nicolai de Grätz Sermones de Eucharistia, et pass. Domin.

41a–64b

Nicolai de Grätz Sermones duo; primus est de sumtione SS. Eucharistiae, et incipit: "Mater Sancte Ecclesie statuit ut Xtianus sumat Eucharistiam". Alter est de passione Domini multo prolixior, qui incipit: "Licet quilibet homo a deo innumera receperit bene, ficia". Habitus est hic Sermo Viennae die Parasceves. Utterque tum ab initio, tum in fine tribuitur Magistro Nicolao de Grätz felicis recordationis.

Nicolaus de Grätz Canonicus Viennensis, Rector ibidem reipublicae litterariae obiit circa annum 1439. Vide Aspaltner Script. Univers. Vienn. Sæc. I p. 111, quem tamen Sermones nostri fugerunt.

5.

Nicolai de Dinxelspühel Tract. de oratione dominic.

65a–140b

Nicolai de Dinxelspühel Tractatus de oratione dominica. Constat X amplis Sermonibus, quorum primus incipit: "Si quid petieritis Patrem &c" Notat Knoff. in Biblioth. Mellicensi p. 173 hos Sermones a Joanne de Weylheim metrice esse redditos. In fine legitur: "Et finis hujus orationis dominice Rev. Mag. Nicol. dunkelspuehl felic. record. anno 22 in Gotwico feria V^ta ante Bartoloy.